UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Donationibus inter virum & vxorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

1 ☞ Ti repetita, ſi alias pactum redderetur inutile.
2 Clauſula poſita in precedenti quando videtur repetita in ſeq.

1 **Cum pater** ✝ Conditio adiecta ✝ in pre-
ceden. pacto, in ſequen. in-
telligitur repetita, ſi alias pactũ redderetur inu
tile. h. d. Ex hoc patet ſolutio contrarij de l. in
actionibus. ſ. de in lit. iur. coniuncta l. j. ſ. de his,
2 qui not. inf. ✝ vbi clauſula poſita in preceden. non
intelligitur repetita in ſequenti, quia ibi poteſt valere abſque
repetitione, nec ſequitur abſurdum.

LEX XII.

1 ☞ Vendere promittens rem pro eo pretio, quod inuenietur,
⁊ vnus nobilis promittit minus quam valeat res, ⁊ ob eius ti-
morem non plus offertur, non debet attendi eius oblatio.

a
1 **Si pater.** [a] Not. ſi, huius l. qđ valeat ad mul-
ta: ✝ quia ſi promitto tibi vendere
rem pro eo pretio quod inuenietur, ⁊ quidã nobilis,
vel potens, vult emere minus quam valeret, cuius ti
more nemo plus promittit, quod hoc non debet attendi.

ADDITIO.

a ALEX. ❡ Si pater. Sequitur Rom. in l. ſi eũ. ſ. ſi quis cautio.
P. PAV. P. ❡ Si pater. Circa iſtam legem dum dicitur, quod nõ
valet pactum, quod mortuo marito remaneat dos penes here-
des, vide Soc. in l. ij. ff. ſol. mat. ⁊ Iaſ. ibi. Et ibi etiam an valeat
pactum, quod decedente vxore, donatio propter nuptias rema
neat penes heredes ſuos: ⁊ quid ſi fieret pactum ante matrimo
nium, quo valeat, vide Alex. in l. ⁊ heredi. ſ. filiafami. ff. de pac. ⁊
ibi Mod. Imo. late in l. ſi ſocer. ſ. Lucius. ff. ſo. mat. ⁊ ibi Alex.
Item circa l. conuenire. quam Bar. non legit, dicitur non valere
pactum, per qđ datur materia delinquendi, vide p Iaſ. in l. iij. in
prin. in iiij. no. ff. de iureiu. ❡ POMA. Vide Alex. i l. qui Rome.
ſ. coheredes. col. ſi. ff. de ver. ob. Ro ſing. dclxi. ⁊ Im. in l. ſi ſocer.
ſ. Lucius. ff. ſo. ma. Alex. in l. de fideicommiſſo. C. de tranſac.

LEX XVII.

a **Atilicinus.** [a] No. l. quia ſi nõ eſſet iſta lex
neſcio quid dicere. ❡ Cõtra
hanc l. opp. ⁊ videtur quod propter incertum euentũ
valet pactum nec poſſet mulier conqueri, quia ex eo
poteſt fieri deterior ⁊ melior eius cõditio. l. j. ff. de tranſac. ⁊ l. de
fideicommiſſo. C. de tranſ. Cogitabitis pro ſolutione.

ADDITIO.

a ALEX. ❡ Attilicinus. Vide latiſſime per Io. in l. ſi ſocer. ſ.
Lucius. ſ. ſolu. matrimonio.

LEX XXIII.

a **Pater.** [a] Conditio exiſtens in vita ſtipulatoris vel
poſt mortem purificat ſtipulationem. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ❡ Pater. Adde Bar. in l. licet. ad ſi. de leg. j.

LEX XXIX.

Cum maritus.
§. Titius. Dixi de hac materia in l. que do-
tis. j. ſolu. ma.

LEX XXXII.

1 ☞ Dotalis fundus etiam vxore volente non poteſt alienari, ſe
cus ſi datur eſtimatus.

a
1 **Uxor.** [a] Not. quod ex hac lege habemus, ✝ qđ fun-
dus dotalis non poteſt alienari vllo modo,
etiam volente muliere. Sed ſi detur eſtimatus, tunc
poteſt alienari volente muliere, vt hic, ⁊ in l. eſtimate.
j. ſo. mat.

ADDITIO.

a ALEX. ❡ Vxor. Quando fundus dotalis poſſit alienari, vide
per Bar. in d. l. eſtimatis, ⁊c. j. ſol. ma.

De fundo dotali. Rubrica v.

LEX PRIMA.

1 ☞ Alienationis prohibitio facta a lege non habet locum in
alienatione neceſſaria.
2 Tranſeunt quedam titula vniuerſali, que non tranſeunt titulo
ſingulari.
3 Dotalis fundi dominium ſo. mat. de iure iſto non tranſit ad mu
lierem.

a
1
2
b **Interdum.** [a] Prohibitio ✝ alienatio-
nis facta a lege non habet
locum in alienatione neceſſaria. h. d. ✝ ❡ Nota
quedã tranſire [b] titu. vniuerſali que non tranſeũt
titul. ſingulari, vt l. in modicis. ſ. de contrahen.
emp. ⁊ l. quedam. j. de ac. rer. do. Et poteſt eſſe ra
tio, q2 iſta alienatio eſt neceſſaria per mortem, facit l. ex hoc edi-
c cto. ſ. ſed heredem. ſ. de ali. iud. mu. cauſa fac. Item not. [c] ex ha
3 lege, q ✝ dominium fundi dotalis ſecundum iſta tempora non
tranſibat ad mulierem ſol. matr. Simile in l. iij. C. de iur. dot. ſed
hodie ſecus, vt l. in rebus. eodem titulo C.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Interdũ. Facit iſte tex. an poſſit fieri executio in re do
tali p gl. ⁊ ibi Bar. in l. a diuo. ſ. in vẽditione. de re iud. ⁊ Bal. in
l. ob maritorũ. in ſi. C. ne vxor pro marito. ⁊ ibi tenet q non: ⁊ ad
iſtum text. ⁊ ſeq. vide no. Bal. in l. ſi prediũ. in ſi. C. de iu. do. Sed
vtrũ lex Iulia. de fundo dot. C. vetans alienationes, habeat lo-
cũ in matrimonio, ⁊ in dote putatiuis, ⁊ nõ legitimis? Dic quod
ſic. Gl. eſt valde no. in l. dotale. ſ. dotale. in ver. preſtabitur. j. eo.
Pro qua bene facit tex. in l. ſi cum dotẽ. ſ. ſi. ſol. mat. Sed an fun
dus dotalis poſſit alienari ſo. ma. antequã reſtituatur vxori vi
de Bal. q nõ, in l. j. C. ſine cen. vel reliq. ⁊ ibi an fundus dicat do-
talis ſol. ma. ⁊ an poſſit alienari per patrẽ filie ſol. mat. per mor
tem viri, vide gloſ. Cy. ⁊ Bal. in l. rem quam. C. de iur. dot. ⁊ in l.
etiam. j. eo. ⁊ an vendens rem dotalẽ teneatur de euictione actio-
ne perſonali, vide glo. ⁊ ibi Bal. in l. ſi predium. C. de iure dot. ⁊
ibi vide quid ſi conſenſerit vir alienationi facte per vxorem, ⁊c.
b ALEX. ❡ Quedam tranſire. De hoc vide late Bar. in l. ſi ita qs.
ſ. ea lege. de verb. obli.
c ALEX. ❡ Item no. De hoc vide Bar. in l. ſi mora. ſol. matr. ⁊ in
l. Neſennius. ſ. j. de re iud.

LEX XVI.

a **Si fundum.** [a] Que prohibẽtur alienari, ite
preſcribi prohibẽtur, ⁊ cauſa
alienationis interueniens preſcriptionem iam ceptã
nõ interrũpit. h. d. ❡ No. q miſſio in poſſeſſionem na-
turaliter inducit dominij tranſlationem: quod apparet, quia
alias non eſſet dotalis, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ❡ Si fundũ. Fallit in ſeruitute fundi dotalis, licet non
poſſit alienari. ſ. eo. l. lex Iulia. cum l. ſeq. poteſt tñ preſcribi, ſm
glo. no. ⁊ ibi Bar. in l. ſi filio. ſ. j. ſo. ma. Fallit etiã in caſu l. longe.
cum ibi no. j. de diuer. ⁊ temp. preſcrip. ❡ POMA. Vide Fely.
in c. ad aures. de preſcrip. an iſte text. procedat in dote eccleſie.
❡ CLAV. No. iſtã legẽ iuncta glo. ſingulariter, que vult, q do-
miniũ poſſit per traditionẽ trãſferri abſq3 eo, q aliqua poſſeſſio
tradatur, de qua glo. doctores faciũt mentionẽ in multis locis,
maxime in l. fundi. ff. de acq. poſ. Alex. in l. j. ff. de vſuca. Are. in l.
quamuis. ſ. j. de acqui. poſ. Bal. in rub. de cauſ. poſ. ⁊ propriet.

LEX XVIII.

Vir in fundo. Not. tex. in ſi. ibi, puto ⁊c.
q facit, q ſi emptor ſoluit
partẽ pretij, q pro ea parte tenetur, pro alia non, arg.
tamen contra in l. fiſtulas. ſ. pen. ſ. de contrah. empt.
quod no. dixi in l. Iulianus. ſ. offerri. ſ. de act. empt.

Liber Vigeſimusquartus.

---

a De donat. inter vir. & vxo. [a] Rubrica I.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ❡ De donatione inter virum ⁊ vxorem. Limita iſtum
titu. habere locum, quando fit donatio vxori poſt eam traductã
ad domum: ſecus, ſi fit ante, licet poſt contractum matrimonium
per verba de preſenti, vt per Azo. in ſum. in titu. de donat. ante
nup. Imol. in l. ſi ſocer. ſ. Lucius. ff. ſolut. matri. Cy. in auth. ſed
iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. Pau. de Caſt. in l. j. in ſi. ff. ſolu.
matrim. Circa materiam huius tit. adde, an ſi ſit ſententia lata
abſolute pro vxore, marito non opponente, cum poſſit eam ex-
ceptione repellere, valeat, ⁊ impediat repetitionem ſoluti, vide
tex. in l. iij. ſ. ſi vxor. el ij. j. eo. Ro. ſing. cccviij. incip. tu ſcis, q do-
natio. Itẽ quid iuris in mutuis donationib9 factis inter viru3
⁊ vxor. vide Ro. conſi. dxvij. circa ſi. ⁊ Iaſ. de quo j. Item an ma-
ritus poſſit donare cognatis, ⁊ nurus ſocero, ⁊ ſimilibus perſo-
nis, vide Pau. de Caſt. conſi. lxv. Item q iſta prohibitio militet
etiã matrimonio non cõfirmato, vide Pan. conſi. j. in j. col. Nun-
quid autem valeat donatio cauſa mort. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ nũquid
valeat repreſentatiua conditio, puta ſi maritus premoriatur,
vxor habeat talia bona, ⁊ econtra, vide Panor. conſ. xviij. Et ibi
etiam q confirmatur morte, ⁊ de donatione viciſſim facta, q va
leat vide Iaſ. late in l. ſi pater puelle. in ij. no. C. de inof. teſta. vbi
etiam ponit, an ſtatim valeat, item ad validandam donationem
inter

inter virum ꝛ vxorem,vide Cep.caute.cxxv.Quod autē poſſet donare mulier marito,vt filia cōis maritetur,vide ad Bart. in l.ſiue vxor.ſ.eo.adde Comenſ.conſi.cclxxxiiij.col.fi.vol.j.tenentem qđ imo iuramento firmetur.Et iſtam dicit eſſe communem opi.Idem Cor.conſi.xxxvij.vol.iiij.late Iaſ.in l.pacta que contra.in ij.not.C.de pac.¶POMA.Adde ad materiam huius tit. qđ omnes alij cōtractus ſunt permiſſi inter virū ꝛ vxorem, vt per Alex.conſi.lxxxvj.incip.viſis predictis.volu.v.

CLAV.¶Donatio inter virū ꝛ vxorem regulariter non valet. Fallit quando eſt reciproca,vt volunt Cyn.ꝛ Bal.in l.ſi pater puelle.C.de inoffi.teſt.ꝛ vide Cepo.caute.xj.ꝛ an iſte titulus habeat locum ante matrimonium conſummatum.Alexan.in l.ſi ſocer.§.Lucius.in fi.ſ.ſolu.matri.

LEX I.

a **Moribus.** [a]Not.iſtas leges, qđ contractus inter virū ꝛ vxorem,non
b firmatur iuramēto,[b]quia inuitarētur ad delinquendum.De quo vide in l.ſi quis pro eo. infra de fideiuſſoribus.

ADDITIONES.

a POMA.¶Moribus.Vide Fed.cōſi.cxxxvj.alias xl. Ant.in c.cum cōtingat.de iureiur.tenet,ꝙ ſic,licet Car.ꝛ Bal.ibi teneāt cōtra,vide Alex.cōſi.clvij.col.j.vol.ij.Pau.de Ca.cōſi.lxxxviij.ꝛ conſi.xcix.Imo.late in d.c.cum cōtingat.ad fi. ſui commenti. Barb.cōſi.lix.vol.ij.Bal.cōſi.xxxix.in j.parte.Are.ꝯſi.lxxxiiij. Alex.cōſi.viij.vol.ij.ꝛ cōſi.xxvij.vol.ij.ꝛ conſi.cl.volu.iij.vbi ponit,que poteſt eſſe ratio quare ſit ꝓhibita donatio hec,ꝛ Bald. cōſi.xxix.in j.parte.Soc.conſi.lxv.Ro.conſi.xliiij.ꝛ conſi.ccxiij. Iaſ.in l.pacta que cōtra.C.de pac.ꝛ licet maritus prohibeatur relinquere vxori, non tñ prohibetur requiri cōſenſum alienationis rerum ſuarū.Alex.conſi.lvij.vol.ij.ꝛ vide Aret. conſil.ij. Doc.in l.ij.§.creditū.ff.ſi cer.pet.Alex.cōſi.clxvj.volu.ij.Caſus autē,in quibus, maritus poteſt donare vxori, vide per Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.ꝛ iure.Paul.in d.l.pacta, que contra. Rom.conſi.xliij.vel xliiij.Panor.conſi.xcv.vol.ij.

b P.P.P.¶Firmatur iuramēto.Vide de hoc late Alex.cōſil.ccc. incip.viſo inſtrumēto donationis.Pau.de Caſt.cōſi.lxv.ꝛ cōſi. xcvij.vide Aret.conſi.lxxiiij.Rom.cōſi.ccxcix.Moder.in l.frater a fratre.de condi.indeb.Quid autē in donatione facta concubine,vide Rom. conſi.xliij.Item qđ firmetur iuramēto, vide Iaſ.late in l.pacta que cōtra.C.de pac.Secus tñ eſſet in donatione ꝓſumpta,que inſurgit ex confeſſione mariti facta de dote actualiter non ſoluta.Vide Soc.in l.j.ff.ſol.mat.ver.ij.concluſio.in vlti.limita.vbi ponit etiaꝫ,qđ ſi iuraſſet omnia, ꝛ ſingula eſſe vera,ꝛ Ro.cōſi.ccxciij.Et quid,ſi maritus confiteretur habuiſſe aliquid ab vxore cū iuramēto,an validetur iuramento eo caſu quo ꝓſumitur donatio,vide Aret.in d.conſi.lxxiij.ꝛ Io.de Imo.in c.cū contingat.ver.circa tertiū. Itē an valeat donatio anteꝙ ſit vxor traducta ad domū viri de iure cōmuni ſine iuramēto,vide Alex.cōſi.cxlij.vol.v.vbi etiā ponit,qñ eſt irrata,et loquitur de quodā ſtatuto loquēte de dona.inter virū ꝛ vxorē, qño intelligatur,ad materiā.vide Mar.Ant.Baua.in trac.de virtute iuramēti.xer.xxv.vbi late.Et Feli.in c.ſi cautio.de fide inſtru.Alex.conſi.cxliij.vol.v.Aret.conſi.lxxxvj.dicentes communem opi.eſſe,quod talis confeſſio de dote recepta facta conſtante matrimonio,habet vim donationis,non autem preſumitur facta ſpe future ſolutionis,ꝛ numerationis.

LEX V.

Si ſponſus ſponſe.

a **§.Generaliter.** [a]No.§.iſtū ad ſolutionē brocardi, vtile per inutile nō vitiari,qđ eſt verū, qñ ſunt inſeparabilia, alias non,vt hic,ꝛ l.j.§.ſicut antē opus.ꝛ §.ſeq.ſ.de aqua plu.arcen.

ADDITIO.

a ALEX.¶Gñaliter.De intellectu huius tex.in hoc §.vide late per Io.poſt Bar.in l.ſi fideiuſſor.in princ.de lega.j. ¶POMA. De intellectu huius legis,vide Alex.conſi.lxxxij.volu.iij.

1 Tempore permiſſo aliquid fieri vel prohibito ꝛ conſeruari in tempus permiſſum,paria ſunt.
2 Dominium non queritur ei cui conceditur,ſed penes cōcedentem manet.
3 Donatio fit tribus modis.
4 Donatio inter virum ꝛ vxorem,non trahitur retro,ſed confirmatur a tempore mortis.
5 Tempus contractus inſpicitur,vtrum valeat.

a **§.Si vxor.** [a]Not.§.cōtra multas fraudes que fiunt tota die,ad qđ l.j.in fin.cum l.ſeq.ſ.que in
1 frau.cre.¶Itē no.†ꝙ paria ſunt aliquid fieri tēpore permiſſo vel ꝓhibito,ꝛ conferri in tēpus permiſſum,vt hic,ꝛ in l.in tem-
2 pus.ſ.de here.inſti.¶†Scđo no.iſtā regulā, ꝙ dominiuꝫ non queritur ei cui cōceditur,ſed remanet penes concedentem,ꝛ ſic
3 facit cōtra.l. ſi ego.ſ.de neg.geſt.¶†Itē no.ꝙ donatio fiet tribus modis,vno modo,ꝙ res fiat tua euenīete morte,alio modo quod res,q̄ datur,ſtatim fit tua. tertio modo quod nō tradaꝛ, ſed veniat tradenda poſt mortē.Modo aduerte ad caſum,ꝛ no.
4 ex hoc §.†quod donatio inter vir.ꝛ vxo.non trahitur retro,ſꝫ cōfirmatur a tempore mortis.ꝛ hoc colligit Iuriſcon.ex predi-
5 ctis ſtatim.¶†Item no.ꝙ tēpus contractus inſpicitur, vtrū valeat contractus.l.ſi filium.ſ.de verb.obli.

ADDITIO.

a ALEX.¶Si vxor.Et ꝑ iſtū tex.ſing.dicit Bal. in l.cū allegas. in iij.opp.C.de vſur.ꝙ ſi debitor paſſus eſt cōdēnationē non oppoſita exceptione vſurarum,ꝛ contractus illiciti,ꝙ ſentētia debet reſcindi,ꝛ ſequitur Imo.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb. obli.Et aduerte in materia huius ti.ꝙ Azo in ſum.ſuper rub. de don.ante nup.ad fi.ſing.ꝛ mirabiliter limitat totā materiam huius titu.licet ſub dubio forte,nam dicit illam locum habere, quando donatio fit per virum vxori poſtquā traduxit eam ad domum,ſecus,ſi fiat ante,licet poſt contractum matrimoniū ꝑ verba de preſenti,qđ eſt valde no.ſecūdū Io.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ſ.ſol.ma.vide in tex.no.ꝛ ibi gl.ꝛ Bar.in l.cum inter. C.de do.ante nup.ſubdit Io.in l.ſi ſocer.§.Luci9.ſ.ſol.mat. qđ pro hoc facit ratio,q2 tunc nō videꝛ interuenire domeſticitas,ꝛ per cōſequens nō eſt eadē ratio prohibitionis.Et per hanc in partibus Lombardie,in quib9 vir cōuerſaꝛ poſt deſponſationē in domo parentis vxoris,ꝛ habendo ſecum copulam antequā traducetur,vel faciat feſtum nuptiarū,q2 nō facit niſi integraliter dote data,non haberet locū dictum Azo.ꝛ non eſt tamē dictum ſuuꝫ ſine ſcrupulo.Ita dicit Io.Ego vero dico,qđ tu videas l. pe.ſ.eo.vbi eſt tex.no.ꝛ tu vid Io.aliter dicenteꝫ in l.Meuia.ſ. ſo.ma.ꝛ tex.in l.pe.ſ.eo.§.j.quem alleg.Bal.in l.j.§.ij.C.ꝓ dote. Item limita hunc titu.niſi preceſſiſſet aliqua obligatio, ſaltem naturalis ad antidora,q2 erit remuneratoria donatio,ꝛ impropria,vt dixi poſt Bar.in l.j.ſ.de don.CLAV.¶Et vide Alexā. conſi.ix.vo.iij.

1 Contractus tempus quando ad acquiſitionem inſpicim9 in his que retrotrahuntur ꝛ qñ tempus exiſtentis cōditionis.
2 Conditio poteſtatiua non trahitur retro.
3 Ratio,quare in contractibus inſpicitur tempus exiſtentis cōditionis,non teſtamenti.
4 Conditio in vltimis voluntatibus non trahitur retro.
Traditione facta tibi recipienti nomine domini,ꝛ eius mandato,hoc acto inter te,ꝛ ipſum me ignorāte queritur tibi directa, ꝛ non domino.

a **§.Si maritus.** [a]Not.ex iſto,tex.ꝙ†quantum ad
1 acquiſitionē in his, que retrotrahuntur,inſpicimus tempus ꝯtractus,vt l.ſi filius.ſ.de ver.ob. In his vero que retro non trahuntur inſpicimus tempus exiſtentis conditionis,vt hic,ꝛ ita loquitur l.ſi vero non remunerandi.§.ſi filiofa.ſ.man.ꝛ l.quidā cum filium.ſ.de ver.ob.loquū
2 tur enim dicte leges,† in poteſtatiuis conditionibus . q̄ retro nō trahūtur.l.potior.ꝛ l.qui balneum.ſ.qui po.in pig.ha.ꝛ hec eſt vna differentia,quare in contractibus inſpicitur temp9 exi-
3 ſtentis conditionis:quia in vlti. volunt. conditio exiſtens non trahitur retro.vt l.j.§.j.ſ.ad Syll.ꝛ l.mater.§.eādē.ſ.de excep. rei iudi.ſecus in cōtractibus,quando conditio eſt caſualis.d.l. ſi filius.de ver.ob.ꝛ l.potior.l.qui balneum.ſ.q po.in pig.ha.ꝛ iſta eſt vera ratio,quicquid dicāt doc.ꝛ gl.in l.ſi vxor.C.de ꝯdi. inſer.ꝛ ita ſoleo notare d.l.ſi filius.ꝛ hūc tex.nō allegaui in §.ꝓinde.Sed quero ad qđ eſt neceſſe in omnibus iſtis caſib9,ꝙ inſpiciatur tempus contractus,nam ſi tradatur filiofami.vel ſeruo vt detur mihi , tūc nihil queritur patri,vł domino,ꝛ ita queritur mihi per eum,ſicut per quemlibet ꝓcuratorem,vt l.ſi me in vacuam.in fin.de acq.poſſ.ꝛ l.ꝓfectitia.§.ſi quis.ſ.de iu.do.ꝛ l.ſi liqueat.l.fin.C.de inofficioſ.dona.Reſpon.hoc intellige,quādo dabatur filio,vel ſeruo non vt procuratori mulieris, ſed vt ſibi quereretur.hoc ſentit glo.ſuper ver.traderet.in l.ſed interim.§.ſed quod dicitur.ſ.eod.Ex quo nota aliam differentiam
4 ſubtilem,nam licet tu recipias†nomine domini,ꝛ eius mandato, hoc acto inter te ,ꝛ eum , ſi tamen ego tradens de hoc nihil ſcio,nec tibi procuratorio nomine eius trado, tunc ſibi directo non queritur,ſed tibi primo queritur,ideo inſpicienda eſt conditio tua quantum attinet ad actionem dandam contra eum, qui tibi mandauit,non videtur neceſſe,quod ego ſciam tibi mandatum fore ſecundū ea que dixi in l.ſi pupilli.§.j. ſ. de negotijs geſtis.

ADDITIO.

a ALEX.¶Si marit9.Iſtū tex.alleg.Dy.ꝛ Bart.in l. ſtipulatio iſta.de verbo.obliga.

LEX XIIII.

1 ☞ Donatio inter virum ⁊ vxorem non confirmatur, ſi vir fuit
bannitus.
2 Teſtamentum factum ab eo qui ingreſſus fuit religionē poteſt
per eum dum viuit reuocari, niſi ſit de ordine fratrū Minorū.
a **SEd ſi mors.** [a] No. primo, quod † ſicut con
1 firmatur morte donatio, ita
etiam deportatione, ⁊ ſic facit quod donatio inter vi
rum, ⁊ vxorem, confirmatur, ſi vir fuerit bannitus.
2 ¶ † Secundo no. quod ſi aliquis fecit teſtamentum, ⁊ ingreſſus
eſt religionem, licet habeatur pro mortuo, tamē donec viuit po
teſt reuocare. Caſus eſt hic. Dixi in auth. ſi qua mulier. C. de ſa
croſan. eccle. Quod intellige verū in omnibus religioſis pre
terquam in fratribus Minoribus, qui poſtquam ſunt profeſſi,
nullo modo circa diſtributionem iſtorum temporalium poſſunt
ſe intromittere, vt in c. exiui de paradiſo. de ver. ſignifi. in clem.
dixi in trac. Minori. lib. iiij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sed ſi mors. Utrum donatio facta inter cōiuges cō
firmet ſi maritus eſt bannitus, ⁊ non eſt alibi iſte tex. ad hoc ſe
cūdū Bal. in l. pe. C. de exec. rei iu. Et ad hoc adde l. ex verbis.
⁊ qđ ibi Bar. ⁊ doc. C. eo đclarat Bal. ī d. l. pe. Quid iuris ſi ma
ritus reuocat donationē poſt bānum vt hic, an applicetur fi
ſco? Dic, quod nō, ⁊ etiam ſquid in donatiōe facta ꝑ patrē filio.

LEX XVI.

1 ☞ Veſtes pretioſe date per virum vxori, ſoluto matrimonio,
ſunt heredum viri.
2 Vir diſtribuens pannos vxoris, amore Dei dicit eius heredi
tatem adire.
3 Vir qui retinuit per annum dotem vxoris, videtur eius here
ditatem adire.
4 Hereditas ſi retinetur per annum videtur adita.
a **EX annuo.** Ego de hoc [a] dixi in l. pe. §. j. ī. ſol.
matr. Et no. iſtā legem pro eo qđ
no. in gl. in l. ſi vſuſfructus. ī. ad legem Fal. † ſcilicet
quod ſi veſtimenta, que dat vir vxori, ſint vilia, tunc
nō reperit ea mortua vxore, vt hic, ſi vero ſunt pretioſa, tunc ꝑ
tinent ad viri heredes, ⁊ hoc eſt vtile ad probandum aditionē
2 hereditatis mulieris mortue: † quia ſi maritus, qui poterat adi
re hereditatē pro filijs, vel ipſi filij pannos eius mulieris diſtri
buunt amore Dei, quod ipſi videntur per hoc adire hereditatē.
Panni enim tales erant mulieris, vt hic, ſed talia non poſſunt
fieri circa ius ⁊ nomē heredis, vt l. pro herede. §. Papinianus.
3 de acqui. her. ergo, ⁊c. † Sed ego in diſputatione tenui, qđ per
annum retinendo dotem videatur vir adire, licet quidam con
uentus hic nondū obtinuerit iſtā opi. ſed Tuderti fuit obtēta,
quod no. ⁊ tene menti. quia habuiſtis, ꝙ hereditas nō adita non
4 tranſmittit, † ſed ego dico, ꝙ retinendo per annū videat adire.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De hoc. Adde que no. Bar. in l. ſi cōſtante. in iiij. queſ.
iiij. q. princip. ī. ſolu. matr.

LEX XX.

SI vxor filio. Per ſeruum non queritur fi
lio male fidei poſſeſſori, ſed bo
ne fidei. hoc dicit.

LEX XXI.

SI is ſeruus. Donatio inter virū ⁊ vxo
rem quo ad fructus ⁊ alias
commoditates retrotrahitur. h. d. ¶ Oppon. qđ hic
donatio retro non trahitur. l. ſed interim. §. j. ſ. eod.
Sol. verum eſt quo ad dominium, ſecus quo ad alias actiōes,
vt hic, ⁊ l. res. C. eod.

LEX XXIII.

VXori ſue. Donatio cauſa mortis reuocata vi
detur per aliam diſpoſitionē poſt
ea factam, ſecus in diſpoſitione ante eam de re dona
ta facta. hoc dicit.

LEX XXIIII.

a **PApinianus.** [a] Donatio inter virū ⁊ vxo
rem que ſit ſimplici promiſ
ſione non confirmatur morte. h. d. quam legem nota.
b ⁊ hoc eſt verum quādo non interuenit traditio [b] ve
c ra vel ficta [c]: ſi enim confeſſus fuiſſet ſe recepiſſe, ⁊ habuiſſe, tunc
haberetur loco traditionis, ⁊ confirmatur morte, vt l. quod de
ſuo. ⁊ ibi glo. C. de do. cau. non nu.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Papinianus. Ad hanc legem vide Bal. in c. j. in fi. de
feu. dato in vicem leg. commiſ. Not. qđ ad cōfirmationē donatio
nis requirit traditio, ſ; qđ in donatiōe, ꝗ̄ ſit inter patrē ⁊ filiū,
vide gl. in l. cū de in rem verſo. ſ. de vſur. ⁊ ibi Bal. videtur idē
tenere, ꝙ in donatiōe inter vir. ⁊ vxo. ⁊ qđ no. Bar. in l. ſi emāci
patis. C. ſi q̄s alteri vel ſibi. ⁊ idē firmat Ang. in l. ij. ꝓ donat. ꝓ
hāc l. ⁊ qđ no. in l. ij. C. de do. cau. nō nu. ⁊ idē Bal. ī auth. vñ ſi pa
rēs. C. de inof. teſta. ⁊ dixi in l. ſi donatione. C. de colla. ⁊ etiā tē
Bal. in l. ij. in prin. C. de inof. do. vbi dicit, qđ talis donatio con
firmatur emācipatione, vel alio modo effecto filio ſui iuris. Fal
lit tamen ſm eundē ibi, vbi donat filio bene merito vt extraneo.
Quid in donatione ante nuptias, an requirat traditio, an ſuf
ficiat ſola promiſſio, vł cōfeſſio animo donādi? Vide Bal. poſt
glo. in l. j. C. de do. ante nupt. Et adde ibi ſi eniꝫ cōfeſſus fuiſſet,
Bal. in l. ij. §. creditū. ſi cer. pe. Cy. in l. j. ad fi. C. de ſa. ſan. ecc. Idē
Rap. in l. ſi diuortio. de ver. ob. ¶ Adde vt per Pet. de Anc.
cōſi. ccviij. ⁊ omnino vide Ro. cōſi. xliiij. Pau. de Caſt. conſi. cvi.
b POMA. ¶ Traditio. Adde Pau. de Ca. cōſi. cj. inci. vidēdū eſt.
cōſ. cxj. inci. vir donauit. Bar. in l. ſi diuortio. ff. de ver. ob. quē ſe
quitur Ale. conſ. xlv. inci. habita. vo. j. ⁊ conſ. xxvi. inci. viſo. vo.
ij. ⁊ cōſ. cxliiij. col. j. vol. v. pulchre per Fely. in c. ſi cautio. de fide
inſtru. contrariam opi. tamen tenet Pau. de Caſt. quem ſequi
tur Alex. ⁊ Aret. in l. j. §. j. ff. de acqui. poſſeſ.
c P. PAV. P. ¶ Vera, vel ficta. An autē ſufficiat ficta traditio, vide
Pau. de Ca. cōſ. lxv. vide Bal. in c. ſi quis ad fi. de feu. dato in vi
cē leg. com. vbi ponit an ſufficiat cōſtitutū, ⁊ ibi etiā qđ ſufficiat
interuenire vel tēpore donatiōis, vel poſtea quādocunq; ante
mortē. Et de cōfeſſione, de qua loquitur Bar. vide Alex. conſi.
xlv. vo. j. ⁊ cōſi. xxvi. in ij. vo. ⁊ ibi dicit qđ talis donatio, licet mor
te cōfirmetur, nō tamē dicitur proprie habere vim relicti, ſ; eſt
quedā tertia ſpecies de ꝑ ſe, vide Ro. ī hac materia cōſi. cclxxvij.
Pau. de ca. cōſ. cvi. vbi ponit, quod ſi vir donauit vxori domū,
in qua viuens communiter habitabat, nec alia interuenit tradi
tio vera, vel ficta, vide omnino Pan. in l. j. §. ſi vir. ⁊ ibi Mod. ff.
de acqui. poſ.

LEX XXV.

SI inter Donatio inter virum ⁊ vxorē pſtat iu
ſtā cauſam vſucapiendi ante cōtractū
matrimonium, ⁊ poſtea diſſoluto, vel cōſtante. h. d. Iſtā
legem, ⁊ l. ſeq. declaraui plene, in l. j. ī. de vſuca. pro donato. ⁊ per
Dyn. in c. pro poſſeſſore. de re. iur. lib. vj.

LEX XXX.

1 ☞ Veſtes pretioſe vxoris ſunt viri non neceſſarie.

SI mulier ex pecunia.

1 **§. Si vir.** † No. ꝙ veſtes mulieris ſunt viri,
quod intellige de veſtibus pretio
ſis, ſecus in veſtibus neceſſarijs ad quotidianum vſuꝫ deputa
tis, tūc enim de his non eſt donatio, ſed magis datio cauſa ne
ceſſitatis, nec poteſt reuocari. l. ſed ⁊ vſuſfructus. §. j. ⁊ ibi no. ī.
ad leg. Fal. ita debet intelligi glo. que eſt hic.

LEX XXXIII.

1 ☞ Donatio inter virum ⁊ vxorem cōfirmatur morte.
2 Falcidia detrahitur de donatione inter virum ⁊ vxorem mor
te confirmata.
3 Voluntas preſumitur durare, niſi appareat contrarium.
a **CUm hic.** [a] Donatio inter vir. ⁊ vx. morte do
natoris ſupſtite donatario, confir
1 matur. h. d. ¶ † No. ꝙ donatio inter virū ⁊ vxorē ꝯfir
2 matur morte. ¶ Itē no. † ꝙ perinde eſt ac ſi eſſet in te
3 ſtamento confirmata, ⁊ ſic de ea detrahetur falcidia. ¶ † Item
b no. ꝙ in eadem [b] voluntate preſumitur quis eſſe, niſi veniēs ad
mortem appareat contrarium voluiſſe.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cuꝫ hic. Fallit in vxore putatiua ſecūdū Bal. in l. eā
quā. C. de fideicommiſ.
b ALEX. ¶ In eadē. Adde i l. fi. ī prin. de adil eg. per Bar. in l. j. §.
j. de leg. iij. tex. in l. cū tacitū. ſ. de ꝓba. ⁊ qđ alle. Bal. in l. pacta
nouiſſima. ad Bar. hic adde Bal. in l. ex perſona. C. de proba.

§. Penitentiam. No. ꝙ vltima volūtas eſt am
bulatoria vſque ad mortem.

1 ☞ Donatio videtur reuocata, ſi res donata pignoretur, ſecus
ſi legetur.
2 Donatio non reuocatur per ſolā reuocationem tituli, niſi auo
cetur poſſeſſio a donatario.
a **§. Si maritus.** [a] No. † ꝙ pignorādo quis vide
1 tur reuocare donationē, ſecus in
2 legando, vt Inſti. de legat. §. ſi rem. ¶ † Itē no. ꝙ per ſolā reuo
cationem tituli, niſi auocetur poſſeſſio a donatario non videt
reuocata donatio.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si maritus. Qualiter debeat intelligi, vide multum
no. Bar. l. rem legatam. ī. de adi. leg.

§. Si ambo. Materiam iſtā de pariter morientib'
dixi in l. quod de pariter. ī. de reb. dub.

Lex

LEX XXXIIII.

SI ſtipulata. Ro. in eo, quod dicit, cõſti- pulatio annua nõ valet in re bus dotalibus, vt l. ſi id quod. in fi. ibi ſi dotis vſuras annuas. ſ. eod. Item intellige quod dicit confirmari ſecundum l. Papinianus. ſ. eodem.

LEX XXXV.

1 ☞ Donatio quam vxor facit viro vt filiam dotet, valet.
2 Diuortium non iure factum, non facit donationem valere.
3 Bannitus non iure non dicitur bannitus, nec poteſt offendi.

a
1
2 **SIue vxor.** ᵃ Valet donatio, quam vxor facit † viro vt filiam dotet. hoc dicit, quem caſum not. ¶ † Item not. quod diuortium non iure factum non facit donationem valere, quod nota.
3 Similiter facit, quod exbannitus † non iure, non videtur exbannitus, nec poſſet offendi. Facit l. iiij. §. cõdemnatum. ſ. de re iud. & l. penul. ſ. de adim. leg. & ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Siue vxor. Vide Bar. in l. ſi. in princ. de donat.

LEX XXXVII.

a
1 **SI donare.** ᵃ Qui ſoluit litis eſtimationem, debet cauſam dicere, † ſi cauſam habuit ab authore. hoc dicit. Quam legem not. & no. per Dyn. in c. pro poſſeſſore. de regu. iur. lib. vj. Dixi plene in l. litis eſtimatio. ſ. pro emptore, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si donate. Et not. glo. & ibi Bar. in l. ſi pro fundo. C. de tranſactio. & in l. eius rei. ſ. de rei vend.

§. Si ſponſus. Poteſt vir cũ vxore anulũ ſponſalitium permutare. h. d. Et iſte §. procedit in terminis ſuis quando vir commutat anulum, ſed ſecundum noſtram conſuetudinem primo deſponſatur per verba
a de preſenti, & ſic eſt vxor, & ſic donatio ᵃ non valeret. Quod not. & multoties allegaui iſtum §. in conuentu ſcholarium.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Et ſic donatio. Contrarium in hoc vide quod imo donatio valeat anuli ſponſalitij facta vxori per maritum, vide Rom. conſil. cxlvj. incip. queſtio iſta vul. vbi alleg. bo. text. in l. ſi quis pro vxore. ſ. eod. Nunquid autem ſol. matr. poſſit maritus anulum repetere, vide Alex. conſil. xlij. incip. in cauſa, & lite vertente inter illos. in v. volu. an autem valeat donatio anuli, vide Com. in l. vlt. vt liberis. C. de collat. vbi etiam quid in veſtibus in l. ſi ſeruus communis. in apoſtil. Alex. vide eund. Ale. cõſ. lxij. vol. iiij. tenentem q̃d acquiſita p vxorem, ſol. mat. non preſumantur acquiſita de bonis viri, nec filiorum, an autem marito incũbat onus probandi talia bona fuiſſe acquiſita conſtante matri. vide Are. conſi. xxxi.

LEX XXXIX.

a **SI ſeruus cõmunis.** ᵃ Pro parte, quam vir habet in re, non valet donatio inter coniunctas perſonas, preſentia tamen cum taciturnitate donationem inducit. h. d. quam legem not. de materia iſta dixi plene in l. que dotis. ſ. ſol. matr.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ſeruus cõmunis. Vide Bald. in l. cum proponas. C. de pac. & q̃n preſumatur animus donandi inter virum & vxorem, & dixi poſt Bar. in l. maritus. & l. que dotis. ſol. matr. ibi limitauit Bar. niſi eſſet talis cõuentio, propter quam reſultaret metus reuerẽtialis, adde ad l. Quintus. Ang. plene cõſi. cxlj. Et an mortuo marito, vxor poſſit vẽdicare fundum emptũ de eius pecunia, vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de emp. §. tertio loco. verſic. & not. ¶ POMA. Vide Iaſ. poſt doc. in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil. & per Bar. conſi. xvj. vol. j. & conſi. ix. col. j. Alex. conſi. j. vol. iiij. alias ij. Barba. conſi. vj. vol. ij.

LEX XL.

1 ☞ Debitor delegatus poteſt opponere exceptionem delegationis inualide.

1 **VIr cum vxori.** † Debitor delegatꝰ poteſt opponere exceptionem delegationis inualide, ſi tñ eã ignoranter omiſerit, & ſoluerit, liberatur. h. d. ¶ Quem caſum no. Facit ... dicit ſtatutum, quod quis non poſſit donare aliquam rem foreuſi, modo quidam delegauit debitorem ſuum, certe tũc debitor ipſe delegatus poterit de hoc exceptionem opponere.

LEX XLV.

1 ☞ Vſucapiens videtur habere rem non a domino, contra quẽ vſucapit, ſed ex tit. precedenti.

1 **SI extraneus** Vſucapiens videtur habere rem † ex titulo precedẽti non a dño contra quem vſucapit. h. d. Quam legem no. quia in pluribus locis habemus iſtum effectum, ſed non ita clare, ſicut hic. Facit l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. ſ. de condi. ind. & l. ſi alienam. ſ. ſolu. matr, & l. ſi alienam. ſ. de don. cauſa mor. ſed melius & clarius loquitur Iuriſcon. hic quam alibi.

LEX XLVI.

MArcellus. Ex qualitate expenſarum preſumitur an animo repetẽdi fecerit quis an non. hoc dicit, quod no. quia tota die allega.

LEX L.

a **SVlpitius.** ᵃ Nudus miniſter dicitur, qui nullum commoduz ſentit, alias non dicitur quis nudus miniſter. h. d. De quo dixi plene in l. ſi quis Titio. ſ. de lega. ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sulpitius. Hanc legem alleg. nota. Barto. in l. j. de inoffi. do.

LEX LI.

SI cum mulier. Eo ipſo, quod qs eſt locupletior, quod ab obligatione eſt liberatus, non autem eo ipſo, quod ſibi pecunia datur, niſi ex ea pecunia apparet aliquid apud eum remãſiſſe. h. d. q̃d no. quia eſt caſus bonus.

LEX LII.

QVintus. ᵃ Quicquid mulier querit, preſumitur queſiuiſſe ex bonis viri.

ADDITIO.

a P. P. PAV. ¶ Quintus. Pro limitatione huius legis vide Ale. in l. qui iure familiaritatis. ante finem. ff. de acquir. poſſ. & Aret. ibi, in fi. vide Ange. de materia conſ. cxxxiiij. incip. ſuper primo alias, diſſoluto matrim. per totum, vbi dicit iſtam preſumptionem habere locum, etiam ſi mulier emat ſolu. matrim. intra annum luctus, vel etiam poſtea, vide Baldum conſi. liij in iiij. parte. qui tenet oppoſitum, iſta tamen preſumptio non habet locuz in queſitis ante matrimonium, vide Alexan. conſi. xlij. in j. volu. incip. in cauſa & lite vertente inter illos. Vide de materia Bal. conſi. xxx. incip. proponitur. in iiij. parte. & intellige iſtam legez, vbi nõ poteſt capi alia preſumptio, quod mulier potuerit aliunde habere pecunias, ſecundum Angelum in d. conſi. & alios, vbi ſupra, vide etiam de materia Fulg. conſi. cxcviij. inci. in queſtione propoſita. per totum, vbi multa ponit. Et vide Baldũ conſil. lxviij. alias vj. in v. parte. Item limita iſtam regulam, vt per Salyc. in l. ſi vir. C. de contrahen. empt. in l. cum propriam. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & in l. ſi ſilij. & in l. etiã. C. de donatio. inter virum, & vxorem. quem vide. Sequitur Alexan. conſi. xxiiij. vol. j. Et quod ſolu. matrim. non habeat locum iſta preſumptio, vide Alexandrum conſi. cccccliij col. vlt. & conſil. lxxxij. volum. ij. Imo tũc preſumitur de ſuo, vide que habes in l. ſi defunctus. C. arbitur. Et loquitur Alexand. in d. conſil. & in nutrice, & in vidua acquirente poſt mortẽ mariti, vide Crem. ſing. vj. & vide omnino in iſta materia Franc. conſil. xxxj. vbi notab. tenet, quod licet preſumatur acquiſita de pecunia mariti adeo quod vxor teneatur viro ad pretiũ, tamen res acquiſite non ſunt viri, vide Bartolum in l. & ſi inſtrumẽta. ad fi. C. de fide inſtrumen. & iure haſte fiſca. lib. x. Ange. conſil. cxlj. in princ. vide Paulum de Caſt. in l. j. & in l. multum. C. ſi quis alte. vel ſibi. In ſubſidium tamen non exiſtente ſoluendo, haberi poteſt regreſſus ad rem. l. vxor marito. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Gloſſ. in l. ſi filij. C. eod. in gloſſa j. in fine. an autem quicquid acquirit vxor, acquirat marito? vide Alexandrum conſi. dcxxij. De filio autem, & officiali, an preſumatur acquirere ex pecunia patris, vel Reipubli. vide ad Bartolum in l. cum oportet. C. de bon. que libe. vbi Bar. poſuit etiam aliquid de vxore. Item quod debeat conſtare perueniſſe ad vxorem poſt contractum matrimonium, vide Saly. omnino in l. etiam. C. de donat. inter virum, & vxorem. Alex. conſi. xlij. in v. volum. In contrarium vide Aretinum in d. conſi. xxxj. Item quod preſumptio iſta locum habeat etiam in concubina, vide Baldum in l. j. C. de nat. lib. Crem. in d. ſingul. vj. Bald. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. que libe. Item de hoc, & alijs in materia, vide Barbat. in c. j. in ij. notab. extra de pec. cler. De concubina ſequitur Alexand. in apoſtil. ad Bartolum in dicta l. etiam. Item circa iſta quomodo id, quod poſſidet vxor, preſumatur viri, & differentiam, an agatur poſſeſſorio, an petitorio, & an per maritum, vel extraneum, vide not. Bal. in l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. ¶ CLAV. Adde. Vide etiam ad limitationem Are. conſi. xlij.

LEX LIII.

SI vir vxori. §. Vxor. Donatio cã mortis extinguitur morte donatarij donatore ſuperuiuente. h. d. quam legem not. quia allegabilis eſt.

LEX LV.

a VIrvſuras. a Si vſuras dotis vir viuens nõ petijt, donare videtur, ⁊ periculo viri ſunt, ⁊ morte confirmantur. h.d. quod nota.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vir vſuras. Qualiter procedat, vide Inſtit. de act. §. fuerat. ¶ P.PAV.P. Circa iſtam l. quõ inducatur remiſſio vſurarum debitarum marito propter dotẽ, ⁊ quid in alimentis debitis marito, vel vxori, an ex curſu decennij tollantur, vel ſolum ſi toto tempore vite ſue non petierunt, vt loquitur iſte tex. vide omnino multa ſingularia que habes ĩ Bertach. in ver. vſura. qꝛ tex. in l. cum quedam. §. diuus. de vſuris. videtur velle, quod per decem annos videãtur remiſſe. Vide etiam de intellectu huius legis Alex. conſi. lxiij. iiij. vol. incip. ſtantibus his.

LEX LVI.

a VXor marito. a Res empta ex pecunia mulieris donata viro, vendicari poteſt. hoc dicit. ¶ Not. viro exiſtente non ſoluendo poteſt agi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Empta. No. ad ea, que habentur in l. mater. C. de rei vendica. ⁊ alleg. etiam ipſum not. Bal. in l. intereſt. C. de vſufru. ⁊ Bald. in l. iiij. C. quando fiſc. vel priua.

LEX LVIII.

1 ☞ Contractus per epiſtolã probatur, non autem contrahitur.

a EA, que. a Donatio que poteſt codici, poteſt in ſtipulationem conuerti, ⁊ ſtipulatio po-
1 teſt probari per literas. h.d. ¶ Not. † quod per epiſtolam probatur ſtipulatio, ſed contra in l. j. ꝟ. de verb. oblig. So. per epiſtolam non contrahitur, vt ibi, ſed cõtractus probatur, vt hic.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Ea que. Circa intellectum huius legis vide Aret. late in l. Titia. ff. de verb. oblig.

LEX LIX.

SI predia. Valet donatio inter concubinã, ⁊ amaſium, non autem inter virũ, ⁊ vxorem. h.d. Sed ſi poſtquam eſſet vxor redderet viro, tunc non eſſet donatio.

LEX LXV.

1 ☞ Famulus expulſus a domino, vt pro eo teſtificetur, quando videatur vere vel ficte expulſus.

a VIr mulieri. a Donatio facta mulieri diuertenti, vt reuertatur, valet. h.d. Quam legẽ nota, ꝁ hoc ſi diuortium ficte fa-
1 ctum non apparet. ¶ † No. hanc legẽ primo ꝫ eum, b
b qui expellit famulum ſuum, vt teſtificetur pro eo. Nam ſi ex longinquitate temporis vel breuitate quo eum tenuit, ſi ille ſe vellet locare cum alio, vel non, preſumitur vere non ficte, quod eum ſic dimiſerit, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Vir mulieri. No. hanc legem in prin. ⁊ vide latius per Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. ꝟ. de queſt. Quando autem famulus repellatur a teſtimonio, vide per Inno. in c. in literis. de teſti. ⁊ in c. inſinuante. de officio deleg. ⁊ quod not. Bartol. in l. ſi quando. C. vnde vi. ¶ POMA. Adde Alex. conſi. l. vol. j. Corſe. ſing. in litera, preſumptio. incip. celeritas. Bald. in ſimi. in l. dictantibus. de teſta. vbi querit, an procurator poſſit eſſe teſtis? ⁊ dicit, quod ſic, ſi ſit reuocatus, an autem famulus expulſus poſſit contra dominum teſtificari, Oldr. conſi. cxlv. Alex. conſi. v. vol. j. ⁊ aliquid per Fel. in c. in literis. ver. fallit quinto. de teſtib. Barb. cõſil. vi. ⁊ conſil. xlvij. vol. ij. Alex. conſi. lxxviij. vol. j. ⁊ conſi. xciij. eod. vol. Alex. cõſi. xl. vol. ij. vbi dicit, quod famulus eſt de familia. Bald. in c. inſuper. de teſtib. ⁊ in d. c. in literis. vbi etiam ponit quid in vxore expulſa. Bar. in c. cauſam que. ad fi. de offic. deleg.

b ALEX. ¶ Contra eum. An autem famulus indiſtincte repellatur, Bar. hic videtur ſentire, ꝙ ſic. Idem tenet in l. j. §. hec autẽ. de his qui deiec. vel effu. ⁊ glo. in iij. queſt. v. c. quod vero teſtes. que dicit, quod omnes qui ſunt de familia alicuius, ſiue ſint liberi, ſiue domeſtici, ſiue ſerui, familiares ſunt, ⁊ ideo repellendi. Alle. l. ediles. §. familie. de edil. edi. text. tamen in c. in literis. de teſti. dicit qđ familiares repelluntur, niſi ſint probate vite, adeo quod nõ ſit veriſimile eos deierare. Et gloſ. intelligit illum tex. de alijs familiaribus, quam de his quibꝰ poteſt imperari, quia illi indiſtincte repelluntur. Et illud no. Spe. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid ergo ſocius. Quod videtur tenere cum Inno. dicens quod familiares honeſte vite poſſunt eſſe teſtes, vt puta familiares epiſcopi, ⁊ ſimiles, vel alterius nobilis. Secus in familiari pauperis, vel ſcholaris. ¶ Adde ſecundum Ro. conſil. ccccxx. quod famuli honeſte vite admittuutur. Quid de ſcriba, vide Bald. conſi. ccxvj.

De diuortiis. Rubrica ii.

LEX II.

a DIuortium. a Nota iſta verba, quia vtilia ſunt ad ꝓbandum qualiter quis abiecerit famulum, vel ſocium.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Diuortiũ. An aũt hodie poſſit fieri diuortiũ? vide Bal. in l. ij. C. de ſecun. nupt. in fi.

LEX IIII.

IVlianus. Ibi eſt dare priuationem, vbi eſt dare habitum. De quo plene dixi in l. decem. ꝟ. de verb. oblig. ⁊ ibi dixi.

LEX XI.

1 ☞ Statutũ ſi prohibet ſimpliciter certas perſonas emere vel vendere ſi fiat emptio, vel venditio, nihilominus valet.

2 Prohibitio legis ſimplex quando inducat factum eſt ipſo iure nullum.

a QVod ait. a No. legem, per quam Rich. Ma-
1 lum. dicit, † ꝙ ſi ſtatutum prohiberet certas perſonas emere, vel vendere, ꝙ ſi ab eis emimus, valet venditio, ⁊ emptio, ſi ſtatutum vltra non procedit. Hoc idem poſuit Cyn. poſtea in l. non dubium. C. de legib. Sed contra dico in l. ꝑtor. in prin. ꝟ. de ope. no. nun. Nõ obſt. arg. ex eo quod in lege Iulia de maritandis ordinibus colligitur, quod alij nubere non poſſit: quia lex voluit valere diuortium. Nam ſi iure matrimonium tenet, ſine dubio nõ poſſet alij nubere. Vnde ex eo quod lex vltra procedit hic, hoc colligitur,
b alias ſimplex prohibitio legis b inducit † quod factum ſit ipſo iu-
2 re nullum. l. j. ꝟ. de his que pro non ſcriptis, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod ait. Facit lex ſi defunctus. C. arbitri. tutele. Sed quid ſi vir, ⁊ vxor emunt aliquid ſimul, nunquid preſumatur quod de bonis viri habeat: videtur, quod ſic per legem iſtã. Sed non eſt verum in emptione. l. vxorem. ꝟ. de legat. iij. Et per legem iſtam ita fuit hic Bononie determinatum.

b ALEX. ¶ Simplex prohibitio. Vide legem, nõ dubium. ⁊ quod ibi habetur. C. de legib.

§. Ait lex. Nota caſum quomodo ⁊ qualiter probetur quem definere velle, quod facit ad multa, ⁊c.

FINIS.

Series chartarum,

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, aa bb. Quaterniones omnes, aa bb ternionibus demptis.

Excudebat Claudius Seruanius.